



Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

Capvt III. Verbum vestitum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79561)

stantis, quam remanet in corde tuo versiculus tuus, postquam illum ceræ vel membranæ inscripseris.]

Stylus hominis quo liber conscriptus est, iuxta istam.

257. Vnum est quod considerandum testat in Isaïæ proposita propheta; nempe *stylus hominis*, quo conscribendum librum dixit Propheta *stylus hominis*. S. Epiphanius hæccl. 30. dictum putat, *in imagine hominis*, quod scilicet homo expressus sit in hac charta. Neque verò imagine nuda, quæ mera esset representatio sed adiunctam habente veritatem. Possimus etiam conscribere librum *stylus hominis* accipere, de descriptione facta vñ nobis naturali, & humano more: verè enim si vñ operam iam exclusam remoueamus, & tarditatem quam Spiritus sancti interueniens abiecit; Christus quod ad materæ cooperationem attinet, productus est humano more ac ritu, quæ de re suo loco infra plenius lib. 3. Adde etiam, stylum hominis seu naturalem descriptionis modum in hac verbi descriptione seruatum esse. Scribendi enim modus naturalis, non est à latere esse. Scribendi siue à sinistra ad dexteram, vñ nos scribimus Latino & Græcorum vsu; siue à dextera ad sinistram vñ Ægyptijs & Hebræis mos fuit *Βροχον* dixere Græci ex Sesto Pompeio; siue lineas nunc dextrorsum nunc sinistrorsum agendo, & verè versus conficiendo vt aratores, quod à quibusdam populis incommodissimè præstitum tradit Paulianus: sed naturalis scribendi modus esse videtur, à summo ad imum, quod ingeniosum Iaponem in B. Xaverij Epistolis dicere memini, cum rogatus eorum ipsi nostrum scribendi morem non vsurpant; nec in latum, sed in longum scripturam producerent, quod etiam Chineses faciunt; respondit, quidni verò vos potius nostrum scribendi modum quippe naturæ conformem amulamini? *Stylus* igitur hominis, & admodum secundum naturam, scriptum est Dei Verbum in carne, eum à summo deorsum processit scriptio, quod tanta Verbi depresso plus satis confirmat.

Alia Verbi Dei scriptio, dimissa. vsus doctrina.

258. Considerari hoc loco eam duntaxat verbi scripturam analogiam, quæ cortici nudo scripturæ inædificatur. Aliam præterea instituit Orig. initio homiliæ 1. in Leuit. quam eius verbis expressisse, sat fuerit. Sicut in nouissimis diebus Verbum Dei, ex Mariæ carne vestitum processit in hunc mundum; & aliud quidem erat quod videbatur in eo, aliud quod intellegebatur; carnis namque aspectus in eo patebat omnibus, paucis verò & delectis dabatur diuinitatis agnoscitio: ita & cum per Prophetas vel legittatorem, verbum Dei profertur ad homines, non absque competentibus profertur indumentis. Nam sicut ibi carnis, ita hinc velamine tegitur, vt litera quidem aspiciatur tanquam caro: latens verò intrinsecus spiritalis sensus, tanquam diuinitas sentiat. Affinia habet S. Bern. serm. ad Milites Templi cap. 7. Verbum optimè S. Antonius 4. p. tit. 1. §. cap. 2. §. 9. tanto antecellere ait scripturam Verbi Dei in libro Deiparæ, scriptio Verbi Dei in sacris Codicibus, quanto liber viuens antecellit emortuis apicibus. Agnoscit tamen (& merito) inuolentam analogiam inter vtrumque hunc librum; cum ex eo capite quod proximè ex Origene retigimus, tum ex alijs quæ apud eam legere licet.

Quomodocumque verò spectetur Christi cum libro analogia, en verè quod de S. Pauli pectore scriptum est à Chrysothomo hom. 3. 2. in ep. ad Rom. *Voluntè charitatis*. Planè enim aliud non est Christus, quam liber, digitalibus literis expressam continens Dei erga nos charitatem. Exponit de Christo S. Bernardus serm. 1.

de Paschate, librum sigillis septem obsignatum, de Christo Domino & multiplicibus incarnati Verbi mysterijs. Hic verè liber vitæ agni, in quo quisquis conscriptus non fuerit, extraneus habebitur à populo Dei. Legamus assidue librum hunc, & per singulos gradus nostros pronuntiemus illum. Emendemus ad hunc librum quippe emaculatissimum, conscientiarum nostrarum libros, ne fortè in vltima discussione abijciantur & exurantur si sic emendati non fuerint. Monumentum est auctoris libri de conscientia apud S. Bernardum c. 9.

CAPVT III.

Verbum vestitum.

259. **A**d huius emblematis propositionem, præmittendum est, Adamum protoplastum, fuisse Verbi incarnati imaginem. Eò enim spectat quod Rom. 5. Adam dicitur *Forma futuri*; hoc est Christi: qui etiam ideo dicitur *Adam secundus*, vel *homo secundus*, quod cum multipliciter expresserit Adam primus; partim per dissimilitudinem partim per similitudinem vt Gugenius bene obseruat in c. 5. citatum. Per dissimilitudinem quidem, aut vt D. Augustinus loquitur l. 2. de nupt. c. 27. à contrario, quia sicut Adam est fons mortis, ita Christus est fons vitæ. Et sicut per proprium Adæ peccatum malignè in nobis fructificans, etiam exclusa voluntate propria, nascimur natura filij iuxta, sic per Christi gratiam, etiam nostris meritis exclusis, ad primam gratiam sanctificantem admittimur. Per similitudinem verò, quia sicut Adam fuit caput & vir Euz, ita & Christus Ecclesiæ. Et sicut omnes sumus in Adamo generati; sic & omnes in Christo regenerati. Adam procreatus est de terra virgine nondum vomere compressa, nondum à semine subacta, nondum maledicta; Christus ex Virgine benedicta. Eleganter in hanc rem differit S. Iren. l. 3. c. 31. & Tertull. lib. de carne Christi c. 17. [Dormit Adam, vt fiat Eua; moritur Christus, vt fiat Ecclesiæ: fit Eua de latere, mortui Christi lancea perforatur latus, vt profluant Sacramenta quibus formatur Ecclesiæ. Vnde merito Apostolus, ipsum Adam, dicit formam futuri.] Est sententia apud Prosperum 3. 29. de prompta ex Augustini tract. 9. & 15. in Ioan. Hæc quod vbiuis proflent, non placet fufius persequi.

Adam post peccatum vestitus, Verbi carne amicti, imago.

260. Illud potius spectandum & expendendum est ad rem propositam, quod præclarè ab Anastasio Sinaita expressum est l. 9. & 10. Hexam. præter alias pleraque Christum inter & Adamum similitudines ac antitheses quas proponit. Adamum scilicet dupliciter considerari posse. Primò nudum, qualis erat ante peccatum. Secundò vestitum, qualis fuit posito peccato. Deus enim miseratus, hominis iam obnoxij tot incommodis, formem deterrimam, vestiuit eum tunica pellicea. Priorem statum ait Anastasius, fuisse statum Verbi ante Incarnationem. At vbi propter peccatum facta est incarnatio, ventum est ad vestimentum & posteriorem statum Adami. Laciniam vnâ & alteram, ex longiore Anastasij oratione decerpo.

Libro 9. *serè initio*, monstrat imprimis Anastasius, hærendo in solo literæ cortice, agrè exponi posse de primo Adam, quæcunque habet sacer textus. [Cum latitudo paradisi sit magnitudinis incòprehensibilis, adeò vt abundantia eius irrigationis, efficiat quatuor fluuios vninetam propè terram irrigantes, quomodo ille cum sit solus, ligone, rastro, & aratro exercuerit terræ operationem? Quomodo autem custodiebat,

cum

cum neque essent fures, neque viri, & bestiae omnes & reptilia iussa essent simul cum eo velci, & omnibus, fructibus qui nascuntur à terra, ut quae à Deo factae, sint cum homine participes & coheredes fructuum, sicut à nobis breuiter iam antea dictum est: Sed & omnes bestiae & volucres subiecerantur Adamo.] Hinc ita ad Christum delabatur. [Quando ergo audieris quod Deus infert Adamum ex quodam loco ignoto, & qui nec potest explicari nec comprehendi, solum nudum & incompotum in paradysum, & induit eum intrus pellicea tunica carnali: & ad eum adducit bestias intra, quae ante eius ingressum erant foris; per hæc omnia nihil est aliud prædictum, nisi quod Deus Verbum, qui prius erat nudus, & incompotus, Patris voluntate & cooperatione, ex loco ignoto, & qui explicari non potest, nempe Cherubino throno, ingressus est in paradysum Ecclesiae, ad oporandum ipsum & custodiendum; & carne suscepta accepit tunicam nostrae essentiae, nempe hominem quem finxit & vnitus in hypostasi. Non enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahae apprehendit, quando accepto carnis linteole seipsum accinxit, non ab alio ei imposto: Seipsum enim carne induit, absque semine humano.] Rursus optimè l. 10. non multum ab initio, in expensione illius loci: Et erant ambo nudi, sic scribit. [Quomodo nulla alia natura à Deo facta nuda, opus habuit tegumento, nisi solus homo? Nam & Angeli, & ferae, & iumenta, & volucres, & quadrupedes, & maxime reptalia à Deo creata sunt nuda. Neque vllum ex ijs à Deo fuit indutum, nisi solus homo. In ipsis ergo protoplastis nudationem intelligis: idque simul & typice, & praefiguratiue à Deo factum esse in Christo & Ecclesia in initijs. Non enim qui omnem essentiam tam ratione præditam, quam expertem rationis, est fabricatus per se indutam, non poterat facile efficere hominem non egentem integumentis. Sed quoniam Deus Verbum qui erat ab initio nudus, & incompotus, à Deo erat componendus, & induendus pelliceam nostrae carnis tunicam, caro factus & habitans in nobis, idè Deo Adam hominem secundi Adami prototypum nudum condidit, & eius coniugem mulierem.] Subdit paulò pòst, id factum esse occasione peccati: sicut enim Adam ante peccatum nudus erat, & nisi peccasset nudus permansisset; ita Verbum quia positum est peccatum, pudoris materiam subiit, & nostra pellicea tunica se vestiuit. [Concinit S. Bernardus serm. 28. in Cant. tractans illud de pellibus Salomonis. [Habet & Salomon nigredinem sed in pelle. Foris niger, in cute niger, non intus. Alioquin omnis gloria eius filiae Regis ab intus. Intus diuinitatis candor, decor virtutum, splendor gloriae, innocentiae pueritas. Sed tegit hoc despicabilior infirmitatis color, & quasi absconditus vultus eius & despectus, dum tentatur per omnia pro similitudine abique peccato. Agnosco denigratae formam naturae. Agnosco tunicas illas pelliceas, protoplastorum peccantium habitum. Denique semeripsum denigravit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo.] Quidni verò huc referre liceat, quod Deus circumdata Adamo veste pellicea, dixisse refertur. Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis: Nam quamuis ad sarcasum & amarum derisionem humanæ infaniae quæ sicut Deus esse quæsierat, plerique ea verba adhibeant, & contrarium sensum graniter damnet. Prosper l. contra colatorem c. 21. tamen Tertull. l. 2. in Marcio. cap. 25. & Richardus Victorinus l. 1. de Emanuele c. 19. accipiunt ea verba tanquam serio dicta, ad prænunciationem & expressionem Incarnationis, qua posita Adam futurus erat similis Verbo incarnato.

Corpus, vestimentum anime, in quouis homine.

261. Hæc ut melius dispiciantur, conseruetque merito Adamum vestitum, proponi pto emblemate Verbi incarnati, statuendum est nouum non esse in Scripturis, ut caro nostra & corpus, vestimenti nomine signetur. Verfat id latè S. Gregorius 9. moral. c. 29. tractans illud Iobi 9. *abominabuntur me vestimenta mea.* [Quid enim (inquit) vestimenti nomine, nisi hoc terrenum corpus exprimitur, quo induta anima tegitur, ne in subtilitatis suae substantia nuda videatur. Hinc etenim Salomon ait: *Omni tempore sint vestimenta tua candida:* id est membra corporis à sordibus actibus munda, hinc Elias ait: *Vestimentum mixtum sanguine, erit in combustionem.* Sanguine quippe vestimentum miscere, est desiderijs carnalibus corpus inquinare. Quibus nimirum se pollii Psalmista formidauerat, cum dicebat. *Libra me de sanguinibus Deus, Deus salutis mea.* Hinc voce Angeli ad Ioannem dicitur: *Habes pauca nomina in Sardis quæ non inquinauerunt vestimenta sua.*] Egregiè S. Ambrosius l. 5. in Lucam tractans laudem Ioanni à Christo depectam, eò quod mollioribus vestimentis indutus non esset, negat aliud ibi vestimentum quam corpus à Christo propositum. [Non hic (inquit) Domini sermo de vestibus, quanquam plerosque mollioribus cora vestis effeminet, qui quasi lanæ onus ferre non possint, sericas vestes rectis per terram veunt vestigijs, vni-que faciunt, ut amictus honori sit. Sed tamen alia videtur hic indumenta signare, & nisi fallor, humana corpora, quibus anima nostra vestiuit.] Origenem enotat de Deo factore & pellicea embelescentem, tunicas pelliceas quas Scriptura à Deo confectas primis coniugibus memorat, interpretatum esse, corpora quibus post peccatum vestire sint anime: quod tamen si ad litteram falsò dicitur, rejiciturque decem rationibus à Methodio apud Anastasium lib. 1. Hexaem. & à Ruperto l. 3. in Genes. c. 27. tamen confert ad intelligendum, quod hic agimus: dici scilicet corpora, indumenta & veles animorum.

Humanitas vestimentum Verbi, in Christo.

262. Ista generatim. Specialiter verò sanctam Christi carnem, dictam esse vestem, non animæ modo, sed & Verbi, ipsamque integram Christi humanitatem, vestimentum Verbi in Scripturis & apud Patres nominari, est frequentissimum. S. Ambrosius pulcherrimè id tradit loco proxime signato ex l. 5. in Lucam, verbis illis. [Ioseph tunica ad speciem Dominici corporis cruentata est. Et Apostolicè illud, *Exuens se carne, principatus & potestates omnes traduxit*, quid aliud ostendit nisi vice indumenti corpus fuisse, quo se ita expoliavit Dominus in passione, ut diuinitas libera immunis-que maneret iniuriæ? Apostolus quidem, eo loco quem refert S. Ambrosius, ex Coloss. 2. iuxta vulgatam editionem sic loquitur. *Tollens quod aduersus nos erat chirographi decreti, ipsi tulit de medio affigens illud cruci & expoliatis principatus & potestates, traduxit cõsidenter palam triumphans illo in semeripso.* Iuxta hanc lectionem, sensus est, Christum spoliasse principatus tartareos arrogata sibi in genus nostrum potestate: Et plurima ignominia affectos, ostentasse omnibus, palamque traduxisse iam prostratos. Ambrosius tamen & loco notato, & l. 3. de fide c. 2. spoliacionem illam Christo tribuit, quem ait triumphasse de hostibus, exuentem se carne; vti-que tanquam vestimento Verbi.

Petrus Dam. ser. 46. rubrum indumentum cuius est apud Isaiam mentio c. 63 interpretatur Christi carnem, sanguine illtam. [Hunc (inquit) vindemiatores, cruentum per crucem passionis sanguine, longè ant Elias profpexerat, cum prophético plenus spiritu, sub

inter

interrogatione elapsas; *Quis est iste, qui venit de Edom, vestitus vestibus de Bosra?* Et paulo post: *Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimentum tuum sicut calcantium in torculari?* Indumentum quippe Christi, nihil est aliud nisi corpus quod sumpsit ex Domina & Virgine Maria. Nec tamen aliud est vestimentum eius, atque aliud ipse. Nam nostrum quoque vestimentum, caro dicitur, sed tamen ipsi nos sumus caro qua vestimur. De hoc vestimento per Ioannem dicitur: *Habebat in vestimento, & in femore suo scriptum, Rex Regum & Dominus dominantium.* Per femur quippe, propagatio carnis fit. Qui ergo per propagationem generis humani in mundum hunc venit ex Virgine, & per incarnationis suae mysterium, quia Rex esset & Dominus, cunctis gentibus indicatur, in vestimento, & in femore scriptum habuit, Rex Regum & Dominus dominantium. Vnde enim mundo innotuit, ibi scientiam suae Maiestatis incipit. Hoc autem indumentum, rubrum Propheta apparuit, quia Redemptor noster proprium pro redemptione nostra sanguinem fudit.]

Euthymius Marth. 27. vestem desuper contextam per totam, à B. Virgine ut fert traditio, elaboratam, interpretatur Christi humanitatem, qua Verbum velatur.

Veteres varij in eam rem typi.

263. Neminem verò fugit, qua ratione gratissimi Patres, hœdinas pelles, quas non ad mendacium, sed ad mysterium ex Augustino l. de mendacio c. 10. mater Rebecca Jacobo filio circumdedit, inte preteritur corpus Christi aptatum; ita ut per alienas illas vestes hœdinas, signatum sit, quorsum Chrestus humanitate se vestierit, & in similitudinem carnis peccati amictus appareret. Sanè D. Augustinus supra, opertum hœdinis alienis pellibus Jacobum interpretatur Christum, qui non sua sed aliena peccata portavit. Appositissime ad rem præsentem Prosper l. de promiss. parte 1. c. 11. minuit & fusc omnia facti illius adiuncta Christo accommodat. S. Bernardus optimè serm. 28. in Cantica. [Agnosco sub pelle hœdi (qui peccatum significat) & manum quæ peccatum non fecit, & colorem per quod mali cogitatio non transiit: ideoque non est inuentus dolus in ore eius. Noui quod sis leuissimæ naturæ, mitis & humilis corde, blandus aspectu, suavis spiritu. Et quidem vinctus oleo lætitiæ præ confortibus tuis. Vnde ergo nunc instat Esau pilosus & hispidus: Cuiusnam rugosa & tetra imago hæc, & vnde hi pilii? Mei sunt. Nam pilosæ manus similitudinem proximi expriment peccatoris. Meos agnosco hoc pilos, & in pelle mea videbo Deum Saluatorem meum. Non tamen Rebecca sic illum induit, sed Maria, tantò digniorem qui benedictionem acciperet, quanto sanctior quæ peperit. Et bene in meo habitu: quia mihi benedictio vendicatur, mihi postulat hæreditas. Siquidem audierat: *postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ.* Tuam, inquit, hæreditatem, tuamque possessionem; dabo tibi. Quomodo dabis ei, si sua est? Et quomodo suam mones ut postulet? Aut quomodo sua, si necesse habet ut postulet? Mihi proinde postulat, qui meam ad hoc indat formam, ut suscipiat causam. Quippe disciplina pacis nostræ super eum, dicente prophetâ: *Et Dominus in eo posuit iniquitatem omnium nostrum.* Vnde debuit fratribus per omnia similari, sicut ait Apostolus, ut misericors fieret. Propterea vox quidem, vox Jacob, manus autem, manus sunt Esau. Suum est quod auditur ex eo; quod in eo videtur, nostrum. Quod loquitur, spiritus & vita est: quod apparet, mortale & mors.]

Sed breuiter ac penè S. Idorus Pelusiora l. 1. epist. 193. [Jacob (inquit) hœdorum pellibus contextus, ac

paternam benedictionem consequentus, Dominum ac Saluatorem nostrum significauit, qui peccato obnoxiam naturam citra peccatum suscepit, ac vitiosos ipsius affectus, in seipso interemit; (hoc enim mortuarum pelium indumentum designat.) Quandoquidem nihil iam hœdinum, ac sinistro latere atque condemnatione dignum, in natura reliquit: Verum terrenis ipsius membris morte affectis, Patris, perpetua salutis nostræ fame flagrant, gratum ac suauem cibum obtulit, nobisque in seipso nunquam eripiendam benedictionem, fontis in morem protulit.]

Vestem etiam polymitam Iosephi, S. Ambrosius l. de Ioseph. c. 3. carnem interpretatur, indumentum diuinitatis. [Ut Dominica (inquit) passionis figuram aduertat, ait Iudas Patriarcha. *Tradamus Ioseph Ismaelitæ; manus autem nostræ, non sint in iuncta super eum.* Et bene superius dixerat: *manus autem nolite inferre illi.* Quod Iudæi in Domini Passione dixerunt: *Nobis non licet interficere quemquā, ut sermo Iesu impleretur, significans quæ morte moriturus esset.* Iam tunc ergo futuræ crucis præfigurabatur insigne, simul & quod exutus est tunicam: id est, carnem quam assumpsit, exutus est, decoram diuersitate vitentum. Ergo tunica eius, id est, caro, non diuinitas, cruentata est; & indumentum ei carnis, non immortalitatem vitæ auferre potuerunt. Hanc tunicam Iudaicæ bestię cruentauerūt, illæ de quibus dicit: *Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos.*

Ad idem, loca illustria ex nouo Testamento.

264. Sed quid hæreo in Scripturæ locis non adeo manifestis, cum extent apertissima, in quibus caro Christi, siue eius sanctissima humanitas, vestimentum Verbi appellatur, non iam per ambages, sed in actu signato, & verbis conceptis? Nonnulla signat, Armacanus l. 5. de qq. Armenorum c. 16. Vnum duntaxat præterea aut alterum signabo. Apostolus Hebr. 10. cohortans fideles ad fiduciam in Christum concipiendam, sic eos affatur. *Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi quam initiante nobis viam nouam & viuentem per velamen, id est carnem suam; & Sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cum vero corde.* Abusus esse veli nomine aptato humanitati Christi quosdam hæreticos, ut humanitatem esse quid imaginariū dicerent habetur ex Th. ophane Nicæno ad calcem epistolæ primæ, vbi Cōstans Ponticus hos hæreticos existimat fuisse Eutyrianos. Eo tamen impio sensu ablegato humanitatem & carnem Christi dici velamen diuinitatis, recepsissimum est. Scio S. Thomam ibi l. 2. c. 2. existimare, hæc verba quibus caro Christi velamen appellatur, accipi posse de carne Christi data nobis sub velamento specierum: quæ est etiam interpretatio Turriani l. 2. de Euch. c. 10. recta antea à Theodoro ad hunc locum, & in S. Iacobi liturgia. Quia tamen caro Christi in Eucharistia, velatur potius per species, quàm velat quippiam; simplicius videtur, (quod etiam habet D. Thomas,) existimare, carnem Christi extra Sacramentum, significatam esse ab Apostolo nomine velaminis Verbi: ita ut quemadmodum sacerdos per velum intrabat in Sancta Sanctorum, ita nobis per Deitatis velum, siue per Christi carnem quæ verè est via noua & viuens; (nisi viuentem interpretari malimus, herbidam & mollem,) subeundum sit in gloriâ, & vera Sancta Sanctorum. Locum præterea ex Apocal. 19. quo Verbum dicitur apparuisse vestitum veste aspersa sanguine, S. Hippolytus contra hæresim Noëti de carne Christi interpretatur.

265. Illustrissimus, idemque celeberrimus, quippe quo omnem hæresim contritam, speciatim monstrat ibi Theodoretus; planè verò eximius in rem nostram locus, habetur Philipp. 2. vbi Apostolus Christianos vrgens ad ponendum tumorem, & confes-

Standum ex animo demissionem, omnesque superiores sibi inuicem arbitrandos, ut Ildo. Pelos. l. 4. epist. 22. recte vidit, proponit exemplum Verbi incarnati, dicens: *Hoc sentit in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens in similitudinem hominū factus, & habitu inuentus ut homo.* Huius hic, idem est ac vestimentum, ut grauiissimi Patres tradunt: Quamquam S. Chrysostomus, cumque de mote sectari Theophylactus & Occumenius, habitum sumi hic dicunt pro externa specie ac figura; ita ut sensus sit, Christum spectata sola figura corporis exterioris, visum fuisse vnum de turba, cum tamen esset Deus: Aut visum esse verum hominem, idque patuisse ex figura verè humana. Quod accedit quod Elias Czerentis ad 1. Nazianzeni orationem *habitu inueniri ut hominē*, sic interpretatur. [Hæc dictio *οὕτως*, idem est quod *in carne*; carnis enim proprium est, figuratum esse.] Nihilominus vox græca *σχηματισ*, fert apertissime vestimentum notionem, ut agnoscat S. Cyrillus l. 11. in Ioan. c. 14. & perspicue idem voluit vulgatus interpretes, qui eam vocem vertit *habitus*, voce in communi vsu vestem signante. Estque ea vocis illius acceptio, communis Latinorum huius loci interpretum, & Patrum attingentium eum locum: quos inter accuratè S. Augustinus q. 73. ex 83. ubi Græcam vocem *σχημα* qua hic Apostolus vsus est, recte expressam esse ait eo *habitus* nomine, quod in res extrinsecas accommodatas, constantque vnum quoddam genus habitus, ibi memoratum cadit; hoc est, non eorum quæ non mutantur à nobis, sed ipsa nos mutant, ut habitus animi; nec item eorum quæ & mutant & mutantur, ut cibis accedit; nec denique eorum, (si tamen vlla sunt eiusmodi,) quæ nec mutant nec mutantur: sed eorum quæ non mutant, mutantur tamen; cuiusmodi est vestis. Nam induta, accipit formam quam nō habebat exuta, membris in suo semper statu manentibus. Cum ergo Apostolus (ait ibi S. Augustinus) de Vnigenito Dei Filio loqueretur, quantum pertinet ad eius diuinitatem, secundum id, quod verissimus Deus est, æqualem dixit esse Patri; quod non ei fuit tanquam rapinam, id est, quasi alienum appetere, si semper manens in ea æqualitate, nollet hominem indui, & hominibus ut homo apparere: sed semetipsum exinanivit, non formam suam mutans, sed formam servi accipiens: neque conuersus, aut transmutatus in hominem, amissa incommutabili stabilitate, sed tanquam verum hominem suscipiendo, ipse susceptor in similitudinem hominum factus, non sibi, sed eis quibus in homine apparuit, habitu inuentus est ut homo: id est habendo hominem, inuentus est ut homo. Non enim poterat inueniri Deus, ab ijs qui cor immundum habebant, & Verbum apud Patrem videre non poterant, nisi hoc suscipiendo quod possent videre, & per quod ad illud lumen interius, ducerentur.]

266. Quare Christum in forma Dei prius existentem, inuentum esse habitu ut hominem, idem est quod Christum quatenus Verbum, non rapinam arbitratum, esse se æqualem Deo, voluisse seipsum exinanire, formam servi accipiendo, & similitudinem nobiscum per vnionem humanitatis nostræ ad suum suppositum acquirendo. Quamuis enim ob vnionem naturæ nostræ ad Verbum, nihil Deo decedat, maneatque Deus semper plenus & exuberans, in forma sua diuina; tamen suppositum quod à tanta plenitudine, ea licet non abiecta, transire ad tantam inopiam quanta est in humanitate; ita ut verè quæ hominis sunt ei tribuantur, recte dicitur exinanitum, quatenus ut humanitatis egentissime quam sibi habet copulatam egentissimum euadit, si in hac diuturne despiciore natura sua spectetur, in qua caret ijs prædicatis quæ retinet in altera natura. Nam de supposito Verbi ratione suæ

carnis, recte dicitur non esse inuisibile, non esse immortale, non esse æternum, & denique non habens alia diuinæ plenitudinis insignia. Itaque non est quod recentiores, tam multa sine causa profundant, ut antiquam & receptam tot Patrum interpretationem euerant, qui exinanitionem eo loco, de Verbo ratione alterius naturarum quas terminat, accipiendam esse dixerunt. Præclare S. Greg. 2. mor. c. 2. [Nec Maiestati iniuriam intulit assumpta humilitas carnis, quia & ut seruanda susceperet, nec tamen habita permutteret, nec diuinā humanitate minuit, nec humana diuinitate consumpsit: quia etsi per Paulum dicitur, *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens*, ei semetipsum exinanivisse, est, ab inuisibilitatis suæ magnitudine, se visibilem demonstrasse; ut servi forma tegeret hoc quod incircumscripte, omnia ex diuinitate penetraret.] Exscripsit hic Gregorium. Hieronymus.

Annuit Ildo. Pelos. l. 1. epist. 139. qui de Christo ait dici, eum non rapinam arbitratum esse se æqualem Deo, ad differentiam Iouis, qui abdicato per vim Patre, æqualitatem cum eo rapuerat. Hinc ergo natura Dominum omnium, sine Patri æqualem Deum, exinanire seipsum, idem esse ait, quod accessisse ad nos & omnibus indignitatibus quibus natura per eum assumpta subiaceret, obnoxium fieri voluisse; quod quam potens sit huiusmodi humilitatis incentiuum, in xta Apostoli eo loco scriptum, idem Ildorus egregie librat l. 4. epist. 22. Et sane multo magis aridet mihi ea rapina, quam alia plures ad quas aliosum ab Apostolo fuisse, volunt plerique adducti ab Antonio Perez. relect. de cruce, parte 1. cap. 5. & 6. Optime verò inde habetur, quomodo is qui natura sua Deo erat æqualis, exinanivert seipsum. Sed & Cyrillus Alex. l. 2. in Ioan. c. 3. exinanitionem Verbi dictam ait, ob carnis susceptionem quod confirmat epist. 1. quæ est ad Solitarios, & in expositione Symboli Nicæni, ac sæpè alibi. Fulgentius item optime l. de fide ad Petrum c. 2. [Formam ergo Verbi accepit; neque enim aliud fuit illa summi Dei exinanitio nisi formæ seruilis, id est humanæ naturæ susceptio.]

Vnde petenda humanitatis, quasi vestis, analogia ad Verbum

267. Est igitur exinanitio illa Verbi, idem quod humanitatis susceptio tanquam vestis & habitus. Quod tamen non est ita accipiendum, quasi sicut vestis extrinsecus tantum circumdat vestitum absque adhesionem, ita etiam humanitas non adhareat Verbo aut copuletur cum eo; sed merè extrinsecè ad illud se habeat, qui fuit error Nestorij, quem ex his locis confirmabat quibus humanitas indumentum Verbi nominatur. Pataque Bellarminus l. 2. de Christo c. 7. in hoc Nestoriano sensu, Theodoretum Philipp. 1. dixisse, Verbum non esse factum hominem, sed induisse hominem. Hæc adaptatio vestimenti, ad expressionem habitudinis carnis inter & Verbum intercedentis, fuscè rejicitur ab Armacano l. 5. de qq. Armen. à cap. 17. per plura capita, discisciturque omnibus illis machinis quibus Nestorij error suprà euerfus est. A quo tamen errore purgandum censeo Theodoretum loco qui allegabatur; nempe in expositione verborum illorum *in similitudinem hominū factus, & habitu inuentus ut homo*. Sic enim scribit. [De Deo Verbo hæc dicit, quod cum Deus esset, Deus non videbatur; ut qui humanam naturam induisset: Ei ergo conuenit illud *ut homo*; suscepta enim natura, verè hoc erat: Ipse autem hoc non erat, sed hoc induerat.] Quod ait Theodoretus, ipsum verbum hoc non fuisse, nempe *hominem*; non spectat ad sensum Nestorianum, quo Deus negabatur esse homo, sed ad excludendam identitatem naturæ Verbi & naturæ

dici vita sit, detergendæ. Sed hæc alibi. Nunc satis est, quod Origenes Zachariæ locum, & vestes sordidas, accipit in sensu quem tradidimus. Lactantius item 4. Instit. c. 14. monstrat, eam prophetiam in Iesum Filium Iosedech cadere non posse, sed omnino esse de Christo, quem Propheta ostendit primò in humilitate & carne esse venturum. Hæc enim est vestis sordida.]

Imò pretiosissima & nitentissima est, atque ad id Verbum non dedecet.

270. Nihilominus Prophetam eo loco, vestes sordidas, non ipsam carnem, sed peccata nostra quibus carnem suam quasi grauavit, intellexisse; censuit Iustinus in dialogo cum Tryphone, & Hieronymus Zach. 3. ac fuscè Eusebius l. 4. de demonstr. c. vltimo. Et sanè quamuis omnia nostra, præ Deo, & in comparatione ad eum, sordida ac immunda censeri possint, præsertim caro ac cœnum humani corporis de immundo concepti semine; Tamen Christi carnem, quam Verbi indumentum esse dicimus, mundissimam esse & nitentissimam, ac inter omnia creabilia, supposito Incarnationis scopo, dignissimam Verbo, non difficile erit declare, attentis eius causis internis & externis, quas Proclus laudatione in S. Mariam egregiè complexus est, sic in Deiparæ laudem differens. [Sacra Deipara Maria in vnum nos coëgit. Hæc impolluta, & purus ille illibata Virginitatis thesaurus, decusque & ornamentum; hæc spiritalis secundi Adami Paradisus; hæc vitarum inter se naturarum officina; hæc salutaris reconciliationis panegyris; hæc thalamus, in quo Verbum humanam carnem sibi desponsauit; hæc animatus naturæ rubus, quem diuini partus ignis non combussit; hæc verè levis illa nubes, quæ super Cherubin sedentem in corpore suo gestauit; hæc vellus mundissimum cœlesti pluuia madens, ex qua pastor ouem induit; hæc ancilla est & Mater, Virgo & cœlum; hæc sola, pons est per quem Deus ad hominem descendit; hæc admiranda illius Oeconomix tela, ex qua, & in qua, ineffabili quodam modo admirabilis illius vnionis tunica confecta est. Cuius quidem textor extitit Spiritus sanctus, netrix Virtus ex alto obumbrans; lana, vetusta villosaque Adami pellis: trama, impolluta Virginis carioradii textorius, immensa gestantis gratia; artifex, Verbum per auditum illapsum.]

Eadè ex causâ, B. Mariam, ouem sanctâ ex cuius vellere procreatus sit Christus, qui nobis est indumentum incorruptibilitatis, nominat S. Epiphanius hæres. 78. in quem etiâ sensum S. Ambrosius sermone altero de natui. In fine, Mariâ interpretatur vellus illud de quo Psal. 71. David prænuñciat, *descenderet sicut pluuia in vellus*. Appositissimè. [Quid enim tam silenter & sine strepitu sit, quàm cū imber in lanæ vellus infunditur? Nullius aures sono verberat, nullus corpus humore percussione aspergit; sed sine inquietudine hominum, totū imbrem per multiplices effusū partes, toto corpore in se trahit, vnus meatus scissuram nesciens, solida mollitie plures præbens meatus; & quod clausum videtur per densitatem, est patulū per tenuitatem. Rectè ergo Maria velleri comparatur, quæ ita cœcepit Dominum, vt totum eum hauriret corpore, nec eius discissurâ corporis pareretur; sed esset mollis ad obsequium, solida ad sanctimoniam. Rectè, inquam, Maria velleri comparatur de cuius fructu salutaria populis vestimenta texuntur. Vellus planè Maria est, siquidem de molli sinu eius, agnus egressus est, qui & ipse Mariæ lanicium, hoc est carnem gestans, molli vellere cunctorum operit vulnera populorum. Omne enim peccati vulnus, Christi lana suffunditur. Christi foveret sanguine, & vt sanitatē recipiat, Christi indumento vestitur.] Eo inquam indumento quo in Christo Verbum induitur, sitque sensibile; quodque in vsum nostrū, & vt nostra nuditas operiretur, sibi circumdedit verè salutis vestimentum, & indumentum

institit: Huius vestis in Deiparæ officina confuendæ, acus & filum, peti potest ex S. Paulino epist. 10. Acum ille interpretatur dominicam Crucem; filum salutare Verbum. Idcirco enim confecta est hæc vestis, vt locus esset Cruci; pèrque arcum illud foramen, ad Verbi Dei diffusionem perueniretur, ac genus nostrum interuentu Mediatoris, assueretur Deo, vt ibi Paulinus loquitur. Differit de hac acu, elegantissimè Palchafius lib. 8. in Matth.

271. Quamuis igitur vestes omnes nostrates, ex quacumque tandem conficiantur materia, non immeritò à Chrysostomo hom. 30. in ep. ad Rom. in moral. [vili fœni onus] dicantur: tamen vestis qua Verbum diuinum à Deipara conuestitum est, pretiosissima & nitentissima haberi debet, iuxta illud Platis de Dei Filio, *decorem indutus est*. Quod sic glossat D. Chrysostomus homil. de vno legislatore. [Nos quidem veste indaimur, vt quidquid naturæ minis esset decorum, occultaretur. Quare igitur Deus naturam, quæ & corpore vacat, & plenissima lucis est, imò quæ luce coruscat, contegit? Atqui appellat ille corpus Christi vestem suâ. Dominus regnauit, decorem indutus est: Decorem vocat, carnē Christi. Erat enim illa sanè decora, nec vlla peccati turpitudine fœda. Neque enim peccatum fecit vnquā, nec inuentus est dolus in ore eius. Indutus est decorē, & præcinxit se. Namq; zona Regem quidem exornat; sed & indicium & Symbolum Regis zona est, & Iudicis.] Inde vero præsertim angelicit huius pretiositas, quod ob affusam vnguentorum & odoratorum abundantiam, afflet eam fragrantiam quæ nobilissimas quæque & verè regias animas ad Dei obsequium & Christi admirationem pronocent. Hæc enim sunt illa vestimenta de quibus ait David Psal. 44. *alloquentes sponsum Christum, Myrra & gutta & castia, à vestimentis tuis*. Et propterea filia regum, regales inquam animæ obsequio tuo additæ, *latificauerunt te in honore tuo, à domibus eburneis*; aut (vt ex Hebræo vertit Hieronymus epist. 140.) *à templo dentium*. Sic enim vocis laudem, quod ore cudarur interuentu præsertim dentium, nominauit Platis. Coadoratur hæc vestis cum Verbo iuxta illud Damasceni l. 3. de imag. [Cum hoc Rege & eodem Deo, purpuream adoto trabeam assumpti corporis, non quasi vestimentum, neque vt quartam personam; absit: sed perinde ac simul nuncupatum Deum inuestibilibiter perunxit gratiæ plenitudo.] Huius vestis pretiosissimæ delineatio aliqua, fuit vestis Pontificia vt S. Cyrillus l. 1. de ador. fufissimè prosequitur. Quod enim in eam vestem omne artificij & opum genus congestum esset, verèque splendidissima esset & micantissima, aptissimè indumentum iustum vestem Pontificiam exuere, quoties pro ignorantis & peccatis suis sacrificabat, quod patior non esset, vestem quæ Christum & Verbi indumentum sanctissimum præsignabat: eum amicire qui pro peccatis suis hostias offerebat Deo: proindeque tunc, communi cæterorum Sacerdotum veste vti inebatur.

Quare vestimentum quo Verbum Dei indutum est à Deipara, pretiosissimum & nitentissimum fuisse, dubitare non licet, potèstque sanè ab huius vestis pretio ac specie, Adeodatus noster Bethleemites polymytiarius commendari, non minùs quàm à pulchra veste qua se suorum virtutibus conuestit, prout locum ex 2. Reg. 21. ad Christum transfert Petrus Damiani opusc. 37. parte 1. dub. 4. Fuisse purpureū atque adè regium vestimentum, ait his verbis Damascenus orat. 2. de natui. Deip. [Vestem enim verè diuinitus contextâ, hoc est carnem nostram, induit quæ ex immaculatis ac virginis sanguinibus tinctam in Spiritu regio modo tanquam in conchilium efformauit; ac velut regiam purpuream subiens, massam

multum nostram induit. Trabeam vocat S. Chrysostomus hom. 3. in epad Ephel. in morali: & ipse Damascenus orat. 3. de imag.

Verbu & forida esset, eo plus deberemus Deo.

172. Licet autem daretur hoc Verbi vestimentu vile fuisse ac sordidum, eo esset commendabilior Verbi Dei caritas in nos; quod nostri causa, vili se ac sordido induit, ut obtegere non sit designat. Optime plane S. Hilarius 1. de Trin. quanto plus Deo obstringamur ob hac caritate nostri causa deiectione sic aperuit. [Hac si quis indigna Deo recolet, ratio le maioris beneficii obnoxium colit, tur, quando minus hac Dei conuenerint Maiestatem. Non ille eguit homo efficit, per que homo factus efficit non eguit, ut Deus caro feret, & habitaret in nobis, id est, assumptione carnis vnus interna vnuerse carnis incolet. Humilitas eius, nostra nobilitas est; cōturbatio eius, honor noster est: Quod ille est Deus in carnis cōsistent, hoc nos vicissim in Deū ex carne renouat. Monet etiā Cassianus 2. de incar. c. 3. nō esse quod in nobis honorem Maiestatis infringat humilitas corporis: Cum utique augere in nobis affectum eius & cultum debeat, vel dignatio tam humilis natiuitatis, vel pietas tam benigna parentis: quia maximum utique, & inamissibilem scelus est, ut ideo apud nos minus honoris habeamus, quia plus amoris impendit.]

Sed & illud considerandum est, quod S. Bern. serm. 4. de nativ. Domini, egregie considerat: hanc scilicet quæ videtur deitæ Christi vestis & forida, fore suo tēpore multo splendore perfundendam. [Agnoisco certe, inquit, agnoisco Iesum magnum Sacerdotem, sordidis operum vestibus, dum altercatur cum diabolo. Scien-] Scripturas loquor, & quibus nō ignota est propheta vultu Zacharia. Vbi verò exaltatū est caput nostrū super inimicos nostros, ex hoc planē mutauit vestē, de-] cōturbatū induit, amictus lumine sicut vestimento. Exemplū dedit nobis, ut & nos eadē faciamus. Vtilior siquidem illi cōstet lorica ferrea, quā stola lineæ, licet oneri sit illi, hac honori. Erit cū & membra sequentur caput, ut corpus in vniversū vno palliat spiritu & dicat: Cōsististi iuxta mē, & circumdedit me lætitia.] Nunc sic induit operum Dei Verbu, ut possit nobis fieri indumentū ad reges Aquilonis depellēdos, ut philosophatur S. Eulogius apud Photiu Codice 230. ad secundā quæstionem Christophori. Itaq; si minus ex materia qua constat, at saltem ex fine ob quem sic contextū est, pretiosum nobis videri debet; præter pretiū eius supra omnem estimationem ex atexta mastruce nostræ diuina purpura.

In su doctrine.

173. Induamus ex crebro Apostoli monito pretiosam hanc vestem, dignam ait S. Basilus in Pal. 44. cōbonestare ac redimere hominem, qui ad sui conditoris imaginem creatus est, iuxta Verbum Apostoli: Exuit veterē hominem, & induit nouum, qui renouatur ad agnitionem secundum imaginem sui Conditoris. Et qui induit se viscera misericordiæ, bonitatem, humilitatem, longanimitatem, mansuetudinem; talis interiore amiculo redimetur est, & secundum interiorem hominem probe adornatus, & excoltus. Paulus item monet: Induite Damascum Iesum. Nō secundum exteriorē hominem, sed mens nostra Dei memoria circumamiciatur.]

Id quomodo præstatur simus, docemur ex Chrysostomo hom. 25. in epad Rom. in mor. [Christū induamus, cuiusque illo perpetuo simus, quandoquidem istud deum est indumentū esse, non quā ab ipso deserit, ipsūque vndeque in nobis per nostram sanctū moniam, mansuetudinemque conspicuum esse. Ad eum modum, & de amicis dicimus. Is illos procius induit est, multam dilectionē, irremissūque conuictum significantes Induitur siquidem, id esse videtur quod indutus est. Apparet itaque in nobis vndeque Christus, & quomodo apparebit: si que illius sunt feceris. Quid verò ille

Theoph. Raynaud. Christum.

fecit: Filius, inquit, hominis non habet ubi caput suum reclinet. Istud tu quoque amulare. Si quando cibus sumendus fuit, hordeaceis panibus vltus est. Si peregrinandum illi fuit, nusquam equi, nusquam iumenta, sed tantum itineris pedestris confecit, ut fatigaretur etiam. Dormiendū si quando fuit, super puluinarī in prora nauis iacuit. Accumbendū fuit, in feno prosterni iussit. Vestimenta verò erant tenuia. Sæpe numero & solus conuersatus est, neminem secum ducens. Deinde & quantū ad Crucem, quantūque ad conuicia pertinet, & omnia illius in summa perdisce, amulare. Ita scilicet Christum indutus es, si carnis curam ad concupiscentias non feceris.] Plenē & egregiē hoc Christiani per Christum indumentum, persequitur Ioannes Heselius in probatione veritatis Eucharistiae c. 42.

Felices qui hoc indumentū seruauerint in perpetuū. Infelices qui eo abiecto, circūdare sibi pannos veteres quos sapiēter exuerat, induerint in animū. Sapientissima est Gregorij Nylleni cōmentatio hom. 1. in Cant. quā appono & cōcludo. [Vetere ergo exuto homine, & ablato cordis inuoluto, Verbo aperuit aditū, quod ingressū indumentū sibi facit anima, conuenienter expositioni Apostoli, qui iubet exuto pannofo hominis indumentū. nō, induere nouā tunicam; sed contenta sit vna tunica, cōgruenter Legi datæ discipulis, quam per regenerationē renouata induit anima; confirmat conuenienter ei quod dixit Verbu non oportere eos qui semel diuino sanguine sint ornatī, peccati tunicam induere, sed vnā solā innocentie, ne duas cōtarias inter se iniunctas cōiunctas habeant tunicas. Quæ est enim societas obsecrare & tenebrosæ tunicæ, cum luminosa, experteque materia? Non solum autem Lex hoc iubet, non oportere habere duas tunicas, sed nec nouum pannum veteri vestimento alligere; ne eius qui hoc induit, maior sit deformitas ac turpitudine: cum neque maneat id quod est allutū, & veteris sit figura deterioratē ut ex eo aperta sit deformitas. Propterea dicit, Exui tunicā, quomodo induam eam? Quis cum vel ipso Sole clariorem Domini aspexerit tunicā contextam per puritatem, & incorruptionē, qualem ostendit in Transfiguratione in monte, mendicorum vestem pannosam lubenter induerit, cuiusmodi est fornicatoris sicut dicit Proverbium?]

CAPVT IV.

Verbum Calceatum.

174. Scorsim à vestib⁹ cæteris, spectandus est calcens. Nā plerique nudipeds censentur nihilominus vestiti. Cuius rei argumentum suppediat ipse Christus. Eius enim vestimenta, sæpe in Euāgelij produntur, & tamen sine calceis ac nudipes de multorum sententia suo loco inferiūs discutiēda inessit. Christianos quoque olim ex calceatos fuisse, produnt illa Luciani in Philopatore Christianū describentis. [Pallium putre, sine calceis, & regmine capitis, incedēs derōsa coma.] Sicut tamē pedes quæ aptatur calcei, subnectuntur alijs mēbris quibus circumdantur vestimenta; ita non immerito Verbi calceatio, eiusdem conuentioni subnectetur. (Orinet enim hæc quoque allegoria in signis & illustre emblemamysterij, in quo exornando versamur.

Humanitas Christi, calceamentum Verbi.

In primis verò nō desuit, qui diceret, hunc esse calceatū siue (ut ipse exposuit) pedem calceatum cui serpens insidiator dicitur Gen. 3. Verū tamen calcanus de Christi carne aut etiā de Christo ab aliquibus & Patriby, & tractatoribus sit intellectus; ea tamē calcani acceptio pro pede calceato, Metonymiā continet admodum inusitatā, nec Patribus quod sciam probatam. Imo Rupertus Cant. 7. ad mortuum Enæ calcanem à serpente notat, quia nudus erat: Non igitur nomine calcani,